[Ἀκαμαντίδος πρυτανείας ὀγδόες] πρυτανευόσες, τριακοστε̃ι τε̃ς πρυταν[είας, Η· τόκος τούτοι ἐ]-
[γένετο ΤΧΧΗΗΗΗΗΗΗΔ· v κεφάλαιον] το̃ ἀρχαίο ἀναλόματος ἐπὶ τε̃ς Θοκυδίδο [ἀρχε̃ς καὶ χσυναρχόν]-
[τον ΗΗΔΤΤΤ· v κεφάλαιον τόκο τοῖ] ἀργυρίοι τοῖ ἀναλοθέντι ἐπὶ τε̃ς Θοκυδ[ίδο ἀρχε̃ς καὶ χσυναρ]-
[χόντον ΤΤΗΗΗΔΓΙΙΙΙ. vvvv τάδε παρ]έδοσαν *h*οι ταμίαι Τιμοκλε̃ς Εἰτεαῖος κ[αὶ χσυνάρχοντες ἐπὶ]
[Ἀμευίο ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τε̃ς βολ]ε̃ς *h*ε̃ι Δεμέτριος Κολλυτεὺς προ̃τος ἐγρ[αμμάτευε στρατεγ▨▨]-
[οῖς Εὐρυμέδοντι Θεοκλέος Μυρρ]ινοσίοι καὶ χσυνάρχοσι ἐπὶ τε̃ς Ἀκαμα[ντίδος πρυτανείας ▨▨]

[πρότες πρυτανευόσες, δοδεκάτε]ι τῆς πρυτανείας, [𐅄]𐅂TTTTXXXX-
𐅀HHΔΔ· τό[κος τούτοι ἐγένετο ▨ ▨]
40 [XXXXHHΔΔΔΔIIIIIIIII· ⊻ δευτέρ]α δόσις ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρυτα-
νεί[ας τρίτες πρυτανευ ▨ ▨]-
[όσες, δοδεκάτει τῆς πρυτανείας], TT𐅀𐅀· τόκος τούτοις ἐγένετο
H𐅀ΔIIIIIIII[I· ⊻ τρίτε δόσι]ς [ἐπὶ τῆ ▨]-
[ς . . . . . ίδος πρυτανείας τετά]ρτες πρυτανευόσες, τετάρτει τῆς πρυ-
τα[νείας, παρὰ] Σαμ[ίον ΔT ▨]-
[XXXHHH· τόκος τούτοις ἐγένετο] 𐅀𐅀ΔΔΔIII· ⊻ τετάρτε δόσις ἐπὶ
τῆς Αἰαντ[ίδος πρυτ]ανεί[ας ὀγδό]-
[ες πρυτανευόσες, τετάρτει καὶ] εἰκοστῆι τῆς πρυτανείας, H· τόκος
τούτο[ις ἐγέν]ετο X𐅀H[H· ⊻⊻⊻⊻⊻]
45 [πέμπτε δόσις ἐπὶ τῆς Λεοντίδο]ς πρυτανείας δεκάτες πρυτανευόσες,
τ[ῆι τρίτ]ει τῆς πρ[υτανεί]-
[ας, ΔTTTTHΔΔIIIC· τόκος τούτον] HΔΔIIIC· ⊻ κεφάλαιον τὸ ἀρ-
χαίο ἀναλό[ματος] ἐπὶ τῆς Τι[μοκλέο]-
[ς ἀρχῆς καὶ χσυναρχόντον HTΔΔ]ΔΔTTX𐅀HΔΔΔΔIIIC· ⊻ κεφά-
λαιον τόκο τ[οῖς ἀ]ναλοθῆσι χρ[έμασι ▨]
[ἐπὶ τῆς Τιμοκλέος ἀρχῆς καὶ χσυ]ναρχόντον T𐅀HHHHΔIIIC· ⊻ κεφά-
λαι[ον ἀν]αλόματος χσύ[μπαντ ▨]-
[ος Ἀθεν]αίας ἐν τοῖ[ς] τέ[τταρσιν ἔ]τεσιν ἐκ Παναθεναίον ἐς
Παναθέν[αια 𐅀]HHΔΔΔΔTTX[HH𐅀III ▨]·
50 [κεφά]λαιον τόκο χσύμπαν[τος Ἀθε]ναίας ἐν τοῖς τέτταρσιν ἔτεσιν
ἐ[κ Παν]αθεναίον ἐς Πα[ναθέν ▨]-
[αια Δ]TTTXXX𐅀HHHHΔΔΔT[IIIC. ⊻ τάδε] Ἀθεναίας Νίκες ἐ[πὶ
τῆς Πανδιονίδο]ς πρυτανείας [τρί ▨ ▨ ▨]-
[τες πρ]υτανευόσες, τετάρτε[ι τῆς πρυτα]νείας, Τιμοκ[λῆς Εἰτεαῖος
καὶ χσυ]νάρχοντες πα[ρέδοσα]-
[ν TT· τόκος] τούτοις ἐ[γ]ένετο H[HHΔΔΔΔTIIIIC]. *vacat*

32 ad init. HH Lang: punctilla ipsi addidimus. E reliquiis incertis et valde laesis HH probabilius iudicamus, sed pro HII non sine iure epigraphico contendit Pritchett et de loco in primis nodoso praecipue agit, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 270/3, c. del. fig. 1.

De vs. 79, cuius supplementum maximi momenti in prytaniis annisque Atheniensium, quot dies eo tempore sint cuique tribuendi, intelligendis habendum est, strenue agit W. K. Pritchett, *AJP* LXXXV 1964, 40/50, c. imm. ph. fig. 1/2, qui, ubi ὀγ]δόει φθ[ίνοντος exhibuerat B. D. Meritt (SEG X *loc. cit.*), lectiones editorum priorum confert. Lapide atque ectypo revisis nihil praeter OEIO exsistere pro certo, ut asseverat ille, affirmare debemus. Quod apud vss. 25/9 et 58 de diebus supplendis, deque occasione qua collegia quaestorum unum alteri officium tradiderint, contendérat Meritt reicit etiam Pritchett, qui praecipue in vs. 58 ἑκατομβαιῶ]νος ὀγ[δόει φθίνοντος vix esse accipiendum notat.

Vid. tamen nuperrime B. D. Meritt, *AJP* LXXXV 1964, 412/16, qui argumenta a Pritchett prolata omnino respuit; imaginibus phot. ab ipso Pritchett praebitis fretus lectiones suas defendit, et interpretationes quas antea elaboraverat in versibus omnibus ab eodem incusatis iam magis esse confirmatas urget.

76. Rationes, a. 418/17-415/14*a*. — IG I² 302; SEG X 228, XVII 6. In vs. 20 de nomine Καλ[λιστρ]άτοι Ἐμπέδο *h*οῖθεν animadvertit B. D. Meritt, *AJP* LXXXIV 1963, 421, de quo cf. n. 74 supra. Notat enim lectionem priorum Λ[υσιστρ]άτοι, in IG I² exhibitam sed nunc supersessam, perperam a Sterling Dow, *AJP vol. cit.*, 177, esse retentam qui ideo in IG I² 310 tractando Callistratum respicere omisit.

De stateribus Cyzicenis in his rationibus commemoratis uberrime disserit R. Bogaert, *Ant. Class.* XXXII 1963, 107/8, qui quantum apud Athenienses valerent hi stateres extentius tractat *ibid.*, 85/119. Ad vss. 13/14 proposita duo elaborat, (*a*) si pro statere quoque drachmas XXVI, (*b*), si drachmas XXVIII mutaturae aestimationem fuisse credis:

(*a*). χρυσί]ο Κυζικενὸ στατῆρας X̣X̣X̣X̣[ḤḤ]-
[𐅄Δ̣Δ̣Δ̣ΓΣΣ *h*έκτας τέτταρας]· ἀργύριον τούτον [γίγνεται
ΔTTTXXX𐅀HHΔΔΔΓIIII]II.

(*b*). χρυσί]ο Κυζικενὸ στατῆρας X̣X̣X̣X̣[𐅄Ḥ]-
[ḤḤḤ𐅄Δ̣Δ̣Δ̣Δ̣ΓΣΣ *h*έκτας πέντε]· ἀργύριον τούτον γίγνεται
ΔΔTTTX𐅀HHHHΔΔΔΓIIII]II.

77. Rationes, a. 414/13*a*. — IG I² 297; SEG X 229. Vss. 6/11 tractat Wesley E. Thompson, *Cl. Qu.* NS XIV 1964, 230/1, qui in vs. 7 nomen, patronymicum, demoticum Eurymedontis praetoris requirit et supplementa haecce praebet:

Στοιχ. 78.

[- - - - - - - - - - - ἐπὶ τῆς . . . . . ίδος πέμπτες πρυτανευόσ]ης, εἰκοστῆ[ι τ]-
[ῆς πρυτανείας, παρέδομεν τῶι στρατεγῶι Εὐρυμέδοντι Θεοκλέος
Μυρρινοσίοι] κ̣α̣ὶ *h*ελλενοταμ[ία]-
[ις καὶ παρέδροις . . . . . 26 . . . . . καὶ συνάρχοσιν ḤΔΔ
ἐς τὰς ν]αῦς τὰς κομιζόσας [τ]-
[ὰ χρέματα τῶι στρατεγῶι Εὐρυμέδοντι Μυρρινοσίοι ἐπὶ τῆς . . . . . .
ίδος πέμπ]τες πρυτανευόσες.
10 [. . . . . καὶ εἰκοστῆι τῆς πρυτανείας παρέδομεν φσεφισαμένο τῶ δέμο
. . . . . *h*]αῦται δὲ ἐς Σικελία-
[ν ἔγον τὰ χρέματα τοῖς στρατεγοῖς Νικίαι Κυδαντίδει καὶ συνάρχο-
σιν· - - - - - - - -]

78. Rationes, a. 409/8ᵃ. — IG I² 301; SEG X 233, XII 45. Vss. 96/101 praecipue tractat R. Bogaert, *Ant. Class.* XXXII 1963, 105/7, qui aestimatione staterum Cyzicenorum recognita (vid. n. 76 supra) supplementa priorum reicienda esse credit. Idcirco versus hos hunc in modum exhibet:

Κυζικενοὶ]
[σ]τατῆρ[ες ᾿ΜΗΗΗΗ[Ⓟ]ΔΔΣ· ἀργύ]-
[ρ]ιον το[ύτον γίγνεται ᾸᾸᾸ]-
ᾸΤΤΤΧΧ[Χ[Ⓟ]ΗΗ[Ⓟ]ΔΔΓ· Κροίσει]-
100 οι στατ[ῆρες ....⁹.... ἡέ]-
[κ]ται τέτ[αρες κτλ.]

79. Rationes, a. 408/7-407/6ᵃ (?). — IG I² 304B; SEG X 234. Rationes lectu difficillimas annis his attribuit W. K. Pritchett, qui in editionem a B. D. Meritt prolatam (vid. SEG X *loc. cit.*) acerrime invehitur, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 286/9, 341/2 (cf. etiam indicem, 393), c. imm. ph. pl. 23/4.

Res easdem lapide reviso uberius suscipit id., *BCH* LXXXVIII 1964, 455/81, c. imm. ph. pl. XXI/XXIV. Praecipue contra Meritt (qui in hac re argumentis validioribus Kirchhoff secutus est) contendit titulum rationes ordine continuo ab initio usque ad finem lapidis redactas praebere, et negat partem stelae inferiorem ea quae in parte superiore scripta sunt antecedere. Quare versui cuique numerum novum assignat, quo infra usi sumus, addito tamen illo antehac usurpato. De diebus mensis mensibusque anni, necnon et de testimoniis quae de ratione annorum apud Athenienses ex hoc titulo haurire possis extentius disserit; quae de eisdem urget Meritt plerumque infirmare vel etiam tollere conatur, scilicet quod in lapide litteras se vidisse profitetur Meritt quae vel aliter sunt legendae vel omnino perierunt.

Textum novum stelae totius post studia extentiora se prolaturum esse promittit Pritchett. Interea lectiones aliquot novas vel correctas communicat, quas infra ordinavimus.

Pr.	Mer.	
4	69	Ad init. Non Γ sed [Ⓟ] legendum est.
5	70	ἕκτει et Μονιχιῶ[νος pro certo sunt habenda.
5/6	70/1	Lege ἐπὶ [τῆ|ς Αἰ]γεῖ⟨δ⟩ος (lap. ΓΕΙΛΟΣ).
10	75	In lap. Κ̲ΥΓΡΕΙΟΙ.
12	77	πέμπτηι καὶ δεκάτηι [τ]ῆ[ς πρυ]τ[ανείας, ἕνει καὶ νέαι Μονιχιῶνος ----] Meritt: πένπτηι καὶ δεκάτηι [τ]ῆ[ς] πρυτ[α]{τα}[νε]ίας, δε[υτέρα]ι Θα[ργηλιῶνος ἱσ]ταμέ[νο ---] Pritchett.
14	79	τῆς πρυτανείας, ἑβδό[μηι] Θαργηλιῶνος [ἱσταμένο ἐς Θ]ορικό[ν----] Meritt:

Pr.	Mer.	
		τῆς πρυτανείας, ἑνδε[κάτει Θ]αργηλιῶνο[ς .]α---οβ--- Pritchett.
15	80	Post συνάρχοσιν legit καὶ Ἑλληνοτα[μί]αι[ς----Προτάρ]χοι Προ[βα]λι[σί]ο[ι ---] Pritchett.
16	81	In lap. ΣΚΙΡΟΦΟΡΟΝΟΣ, post quod το..νοβρ...χη videt Pritchett.
18	83	Θυμαιτάδηι κ[αὶ συνάρχοσιν ----] Meritt: Θυμαι(τάδηι) καὶ συν[άρχοσιν ----] Pritchett.
22	87	ἰαι Εὐαγγέλοι ΜΙΛΜΘΙ....ΟΣΕΚΤΟΝΔ Meritt: κ⟨α⟩ὶ Εὐαιτέλο καὶ Ἀμφικήδος ἐκ τῶν ΑΙΑ.....Σ Pritchett.
25	90	Post διοβελί[αν], [Ⓟ]ΗΔΔ----μετα---ντοφιλ--- videt Pritchett.
26	91	Reliquias numeri post Ἑκατομβαιῶνος videt Pritchett.
27	92	πὶ τῆς Ἐρεχθηίδος πρότης πρ[υ]τα[νε]υό[σης ----] Meritt: πὶ τῆς Ἐρεχθηίδος πρότηι τῆς πρυτ[ανείας], ὀγδόηι τῶ [μη]νὸς Μετα[γειτν]ιῶνος ---- Pritchett.
28	41	De πρ[υτανευόσες dubitat Pritchett, sed ad dextram versus παρέδομ[εν Λυσι]θέοι Θυμαιτά legit id.
29	42	Ubi δεκάτει φθίνοντος Μεταγειτ]νιῶνος Meritt, δεκάτ]ει π[ρο]τέραι [Μεταγειτ]νιῶνος legit Pritchett.
31	44	ἕκτει φθίνοντος a Meritt suppletum in lapide videre potuit Pritchett.

80. Rationes, a. 404/3ᵃ (?). — Fragmenta duo non inter se coniungenda stelae opisthographae marm., Agora inv. I 5799 a/b, ed. A. M. Woodward, *Hesperia* XXXII 1963, 144/55 n. 1, c. imm. ph. pl. 55. Fragmenti *a* (I 5799b) pars marginis superioris, fragmenti *b* (I 5799a) partes marginis inferioris et (in fronte) sinistrae supersunt.

A. In fronte. Στοιχ. 84.

(*a*). [Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐπὶ Πυθοδώρο ἄρχοντ]ος καὶ ἐπὶ τῆ[ς βολῆς ἦι Λύκων(?) Πρασιεὺς πρῶτος ἐγραμμάτευε, ταμ]-
[ίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας ἦσ]αν Χαριάδης Ἀγ[ρυλῆθεν .....³⁴.....]
[.....²⁴.....Ζ̓υπεται]ών, Μενεκράτης Οἰ[ναῖος, ---------- οἷς .....c. 15.....]
[ἐγραμμάτευε, ἐπὶ τῆς βολῆς ἦι Λύκων(?) Πρ]ασιεὺς πρῶτος ἐγ[ραμμάτευε, Ἑλληνοταμίαις ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος(?)]
5 [καὶ Λεωντίδος καὶ Αἰγεῖδος] καὶ Π[αν]διονίδος πρυταν[ευοσῶν οὐδὲν παρέδοσαν· Ἑλληνοταμίαις ἐπὶ τῆς Κε]-

[κροπίδος(?) πέμπτης πρυτανε]υόσης παρέδοσαν Χαιρε.....
.....44.....
[.....16..... Νικομά(?)]χωι [Πε]ραιεῖ, Ἀνθεμίωνι Ῥ[αμνο-
σίωι, ...34.....]
[.....20.....τ]ηι καὶ δεκάτηι τῆς πρυτ[ανείας .....
.....38.....]
[.....17..... μιᾶι(?) κ]αὶ εἰκοστῆι XXX· τετάρτ[ηι καὶ
εἰκοστῆι -----· τριακοστῆι(?) -----· κεφάλαιον]
10 [ἀργυρίο ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος(?)] παραδοθέντος TTT[H]HH[.....9.....·
ἐπὶ τῆς Οἰνεῖδος ἕκτης πρυτανευόσης Ἑλλ]-
[ηνοταμίαις τοῖς ἐπὶ τῆς Οἰνεῖ]δ[ο]ς ἄρχοσιν ἐς τ[ὴ]ν [διωβελίαν
παρέδοσαν.....26.....]
[.....22.....Ἀν]ακαιεῖ, Ὀνησιφῶντ[ι.....
.....44.....]
[.....8.....· κεφάλαιον ἀργυρίο ἐ]πὶ τῆς [Οἰ]νεῖδ[ο]ς [παραδοθέν-
τος .....34.....]
.....26..... *reliquiae incertae* ----------

lacuna versuum ca. xx

(*b*). [.....7.....κα]ὶ τριακοστε[ῖ ἐς τὴν διωβελίαν(?) .....· πέμπτηι(?)
καὶ τριακοστεῖ .....· κεφάλαιον ἀργυρίο ἐπὶ τῆ]-
[ς] Αἰαντίδος παραδοθέν[τος.....11.....· ἐπὶ τῆς Ἱπποθωντίδος(?)
δεκάτης πρυτανευόσης τάδε παρέδοσαν· τ]-
ρίτηι τῆς πρυτανείας H.....
.....65.....
[H]HHHHH[·· ἑνδεκάτει XX[H]H[.....11.....· δωδεκάτει.....15.....·
τρίτει καὶ δεκάτει.....13.....]
5 HH· τετάρτει καὶ δεκάτει [.....48.....
....ἑνάτει(?) καὶ δεκάτει]
[XX]XHHΔΔHHHIↃ· μιᾶι [καὶ εἰκοστεῖ .....47.....
.....ἑνάτει(?) κα]-
[εἰκοστε[ῖ.....65.....
.....ει καὶ τριακ]-
[οστ]εῖ TT.....77.....
.....

Deest versus unus

B. In tergo.

(*a*). ----- στ.ν̣ . κ̣ο̣ . ε----------
----- φ.ων ἀμφ[ι]δέ[αι ----------]
----- [ἀμφιδ[έ]αι δ̣----------

----- ν̣ο̣ς σταθμὸν X[H]H ----------
5 [-----κα]τὰ ψήφισμα βολῆς ----------
--------σ̣ιο σταθμὸν̣ ----------
---------^ι..^ ----------

(*b*). ----------Ι..ΙΙΙ ξ[....
[----------ἐπὶ-----ἄρ]χοντος ἀργ[υρ.]
---------- στατῆρες A ..ι
[----------στατῆρε]ς Κορίνθιοι [ἀ]ρ-
5 [----------Φ]ωκαϊκῶ χρυσίο
----------ΔΗ) *vacat*

vacat

B(*a*) 2, ad init. Fortasse [--- στρό]ς̣ι]ο̣ν, A. M. Woodward, per ep.

81. Templum Minervae Virginis, a. 447/6-433/2ᵃ. — IG I² 339/53; SEG X 246/56, XII 47, XIII 23. De rationibus templi atque ordine operis conficiendi narrationem lucidam praebet A. M. Burford, *Greece and Rome*, Suppl. 1963, 23/35.

82. Simulacrum Minervae Virginis, a. 447/6-439/8ᵃ(?). — IG I² 354/62; SEG X 257/63. Fragmentum stelae marm. undique nisi supra mutilum, Agora inv. I 5768, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 262 n. 74, c. im. ph. pl. 46. IG I² 355 et 355a haud dissimiles videntur, sed frustulum hoc non cum titulis ceteris consociari potest.

[Θε]ο[ί : Ἀθενᾶ : Τύχε]·
[-------- ἐγραμ]-
[H]H[Φ] [μάτευε ἀγάλμα]-
------ [τος ἐπιστάτεσι]
----

83. Rationes curatorum Erechthei, a. 409/8ᵃ. — IG I² 372; SEG X 268/70. Fragmentum parvum marm. undique mutilum, Agora inv. I 5724, partem rationum harum praebere vidit B. D. Meritt, qui ed., *Hesperia* XXX 1961, 263 n. 76, c. im. ph. pl. 50. Non tamen cum fragmento alio coniungi potest, quamvis haud dissimile IG I² 372*c* et *d* videatur. De supplementis cf. SEG *loc. cit.*, vss. 217/18.

non-Στοιχ.

[-------- ἐπιστυ]λίο[ις ----]
[-------- ἐπιστ]υλί[οις ----]
[---------- πλ]άτ̣[ος ---]

84. Fragmentum rationum incertarum, ex. s. Vᵃ. — Fragmentum stelae marm. partim a sinistra integrum sed alibi mutilum, Agora inv.

I 4923, ed. A. M. Woodward, *Hesperia* XXXII 1963, 165 n. 4, c. im. ph. pl. 56.

ν̲ αιι ----------
ν̲ φερο----------
ν̲ ΔΔ<<<< *hé*[κτ---]
vacat

1/2. Fortasse nomen [--Εὐ]|φέρο: cf. *PA* 6043/5.

85. Fragmentum rationum incertarum, s. V^a. — Fragmentum marm. undique mutilum, Agora inv. I 6623, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXXII 1963, 38/9 n. 37, c. im. ph. pl. 10.

-----ΔΙ --------
----ΓΤ ἐδ------
---Η *vacat*
---ΤΧ----------
5 ---ΔΓΗΗ--------
----ΙΙ *vacat*
----ΤΤΤ κ------
----ΡΗΡ ν̲------
----Η *vacat*
10 ----- *vacat*
-----ΤΤΤ-------

86. Dedicatio [Rh?]onbi, c. a. 570/60^a. — IG I² 469; A. E. Raubitschek, *Dedications from the Athenian Akropolis*, 1949, n. 59. Vid. L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 72 et 77 n. 17, c. im. ph. pl. 2 (cf. p. 401). De litteratura agit U. K. Duncan, *BSA* LVI 1961, 185/6.

87. Dedicatio Alcmeonidae, Alcmeonis f., c. a. 550/45^a. — IG I² 472; SEG XIV 13; Raubitschek, *Dedications* n. 317. Vid. L. H. Jeffery, *op. cit.*, 73 et 77 n. 25, c. im. ph. pl. 3 (cf. p. 401); U. K. Duncan, *loc. cit.*, 186, c. im. ph. partis ectypi fig. 3.

88. Fragmentum monumenti votivi, c. a. 500^a. — Partem monumenti marm. a dextra fractam et ubique laesam, Agora inv. I 5821, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 265 n. 83, c. im. ph. pl. 50.

Στοιχ.
Παντ----------
ἀνέθ[ε]κ[εν: ----------].

89. Dedicatio in margine pelvis inscr., c. med. s. V^a. — Fragmentum pelvis marm., Agora inv. I 6008, ed. id., *loc. cit.*, 265/6 n. 84, c. im. ph. pl. 50. Cf. IG I² 739/59.

-----οκριτ----

90. Victoria Pantaclis, ex. s. V^a. — Fragmentum marm. a sinistra integrum, Agora inv. I 5687, ed. id., *loc. cit.*, 266 n. 85, c. im. ph. pl. 46. De chorego eodem et victoriis quas antea reportaverat cf. IG I² 771 (SEG X 323).

Παντακλῆς [ἐδίδασκε].
vacat

91. Dedicatio Hermolyci, s. V^a p. post. — IG I² 527; A. E. Raubitschek, *Dedications from the Athenian Akropolis*, 1949, n. 132, c. im. ph. et bibliographia plena. Cum litteratura tum testimoniis de Hermolyco, Diitrephe, Cresila fretus titulum c. med. s. V^a attribuit Raubitschek. Ad Diitrephem a. 414/13^a praetorem (cf. Thuc. VII 29, Paus. I 23, 3) monumentum refert Th. A. Arvanitopoulou, Πολέμων VII 1958/62, 65/71, c. im. ph. pl. ιβ'.

92. Dedicatio, s. V^a (?). — IG I² 823. De nomine [Βρό]ταχς a primo editore suppleto valde dubitat O. Masson, *Rev. Phil.* (IIIe Sér.) XXXVII 1963, 223, c. adnn. 7/8, qui [Πλού]ταχς haesitanter profert.

93. Dedicatio Callitelis, a posteris eius refecta, c. a. 520^a (?). — IG I² 834; SEG X 343a, XV 52; Friedländer, *Epigrammata* 107. De aetate tituli praecipue disserit J. Labarbe, *Akte des IV Internationalen Kongresses für Griechische und Lateinische Epigraphik*, 1964, 202/13, qui et litteratura fretus et quod apud *Anth. Pal.* VI 138 Anacreon ut auctor distichi eiusdem commemoratur pro annis c. 525/20^a contendit.

94. Fasti sacri, a. 410/405^a. — IG I² 843/5; SEG X 348, XV 14, XIX 28. Fragmenta nn. 591 et 945 exhibet F. Sokolowski, *Lois sacrées des cités grecques (Supplément)*, 1962, 26/7 n. 9, c. bibliographia et commentario brevi.

95. Catalogus nominum, c. med. s. VI^a. — Fragmentum marm. undique nisi supra mutilum, nunc in Museo Epigr. n. EM 420, ed. W. Peek, *Ath. Mitt.* LXVII 1942, 13 n. 11, c. im. ph. pl. 8: quae editio, ut videtur, in SEG X praetermissa est. Textum praebet et de monumento, quod sepulcrale esse credit, breviter disserit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 128 n. 20, c. im. ph. pl. 36*b*. Cf. eand., *The Local Scripts*, 1961, 74 et 78 n. 28, c. im. ph. pl. 3 (cf. p. 401). Nomina in columnis saltem duabus sunt disposita.

--------ες	Τλε̣[σίας(?)]
---------ς	Κλε̣-------
-------τ̣ες	Λα̣ -------
---------	----------

96. Tabula archontum, c. a. 425ᵃ. — SEG X 352, XII 62, XVII 12. Tabulae huic fragmenta etiam tria, undique mutila, Agora inv. I 2889a (= fr. *a* infra), 2889b (= fr. *b*), 2681 (= fr. *c*), ascribit D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXII 1963, 187/208, c. imm. ph. pl. 58/9. Ut de monumento facilius disseramus, SEG X 352 posthac fr. *d* esto. Contendit Bradeen stelam nomina archontum a Creonte usque ad Isarchum (a. 424/3ᵃ) comprehendisse, columnis quattuor ordinata; fr. *a* columnae II, et frr. *c* et *d* columnae III attribuit; fr. *b* partem superiorem columnarum II et III praebet: de quorum locatione vid. del. fig. 1. De ipsis nominibus nunc superstitibus, et praecipue de Cypselo et familia eius extentius tractat. Cf. J. et L. Robert, *REG* LXXVII 1964, 151 n. 119; Bradeen, *AJA* LXVII 1963, 208.

(*a*). Στοιχ.

...\--------	
[Κύ]φσελο̣[ς]	597/6
[Τε]λεκλε---	596/5
[Φιλ]όμβ[ροτος(?)]	595/4
[Σόλων(?)]	594/3

(*b*).

col. I	*col.* II	
---------ν̣	Κ--------	551/50
--------ν̣ν̣	Φα̣-------	550/49
--------ν̣ν̣	Τε--------	549/8
---------ν̣	Ἐρχ[σικλείδες]	548/7
---------ς	Θεσ------	547/6
---------	Φ[ο]ρ̣----	546/5

(*c*).

[Φαίν]ιπ[πος](?)	490/89
[Ἀρ]ιστ[είδες](?)	489/88

vacat

Testimonia de archontibus singulis in unum collegit T. J. Cadoux, *JHS* LXVIII 1948, 70/123. De Philombroto (*a*4) vid. Plut. *Sol.* 14,2, de Erxiclida (*b*II5) vid. Paus. X 5, 13. Fortasse in *b*II6 nomen Phormionis est supplendum, de quo vid. Schol. in Aristoph. *Pacem* 347, Cadoux, *loc. cit.*, 99.

97. Tabula ancillarum, med. s. Vᵃ. — SEG X 351. Fragmentum illud cippi marm., de quo apud SEG X scriptum est 'novum fragm. in foro inv. add. necdum ed. Raub(itschek)', nunc Agora inv. I 5794,

ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 248/9 n. 46, c. im. ph. pl. 44, et catalogum non virginum civium Atheniensium filiarum sed servarum cum nominibus dominorum esse demonstrat.

Lat. A	*Lat.* B (*non*-Στοιχ.)
----ο--	.....γρ----
----ο	.....ε Θρᾶιτ[τα--]
---ντο[ς]	*h*ιμέρα Ἀρχεβί[ου ---]
-----	Τιμοχσένε Καλ-----
----πελ--	Μίκα Μίκονος Γ-----
----ος	Ἀριστοβόλε Λυκ----
----ς: Με[.]	Γοργὸ Κλεάρχο -----
-----ς: Γυ	Σμικύθε Σ--------
-----ετ	.σ----------
-----ο[..]	

98-102. Catalogi nominum generis incerti, s. Vᵃ. — Fragmenta septem, quae non ut videtur sepulcris publicis attribui possunt, ed. D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 58/62 nn. 17/21, et de genere eorum haesitat.

98. Fragmenta tria non inter se coniungenda, Agora inv. I 3842*a*/*b* et 3769, quae nihilominus stelae eidem sunt attribuenda; Bradeen, 58/60 n. 17, c. imm. ph. pl. 8. Fr. *a*, undique nisi infra mutilum, = I 3842*a*; fr. *b*, eodem modo undique nisi infra mutilum, = I 3842*b*; fr. *c*, undique mutilum, = I 3769. Aetati ante med. s. Vᵃ addicit ed.

(*a*).
----φιλο----
vacat

(*b*). Στοιχ.
...⁶... ν̣ν̣
...⁶... ν̣ν̣
...⁶...ς
[Εὐφρό]συνο[ς]
.....ες: Θο----
...⁶...: Χσε----
vacat

(*c*).
-------ο̣--
-------το--
------άδες
------ ν̣ν̣
-------σος
vacat

99. Fragmentum undique mutilum, Agora inv. I 3923; Bradeen, 60 n. 18, c. im. ph. pl. 8. Cum litterae vs. 5 non in ordine eodem *stoichedon* ac vss. 1/4 sint dispositae, proponit Br. nos in versibus primis carmen quoddam fortasse habere, post quod lemma catalogi, ut [*h*οίδε ἀπέθα]νο[ν ἐν ----]. Ante med. s. V*a*.

vacat
----ᵢκᵢ----
----ενο----
----μετ----
----στα----
5 -----νο----

---

100. Fragmentum undique mutilum, Agora inv. I 5200; Bradeen, 60/61 n. 19, c. im. ph. pl. 9, qui s. V*a* simpliciter attribuit.

-----χ------
----: 'Αρ---
-----ετ-----
-----ισ-----
5 -----αλ-----
------υ-----

---

101. Fragmentum a dextra integrum sed alibi mutilum, Agora inv. I 5008; Bradeen, 61/2 n. 20, c. im. ph. pl. 9. S. V*a*.

--------αιο Στοιχ.
------ᵢενίδο
-------ες
------ ⏑⏑
5 ------ρος
------ ⏑⏑
-----ς
-----ς
----- ⏑⏑
10 ------ς
------ες
------ν
------ος

---

102. Fragmentum undique mutilum, Agora inv. I 4183; Bradeen 62 n. 21, c. im. ph. pl. 9. Ex. s. V*a*(?).

------ ⏑⏑ Στοιχ.
------ ⏑⏑
------ ⏑⏑
------τος
5 ------ ⏑⏑
------ ⏑⏑
------ς
------ς
------ ⏑⏑
10 ------ ⏑⏑

---

103. Catalogus nominum, s. V*a*. — IG I² 853. Lectionem correxit D. W. Bradeen et textum praebet, *Hesperia* XXXIII 1964, 62, c. im. ph. pl. 9. Quantum ad naturam marmoris et litteraturae refert, titulus hic nonnihil commune cum n. 101 supra habere videtur.

---------- Φορ--------
-------ε[ς] 'Εργο------
------- ⏑ [Μ]ένυλ[λος]
---------- 5 ..ο.ᵢ------

---

104. Terminus, s. V*a*. — Terminum marm., Agora inv. I 5608, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 263 n. 77, c. im. ph. pl. 50.

Ὅρος.

---

105. Terminus, s. V*a*. Terminum marm., Agora inv. I 6079, ed. id., *loc. cit.*, 263 n. 78, c. im. ph. pl. 50.

*h*όρ-
ος.

---

106. Termini, s. V*a*. — IG I² 860/2. Vid. A. N. Oikonomides, *The Two Agoras in Ancient Athens*, 1964, 31/2 nn. XXXII/XXXIV.

---

107. Termini fontis, s. V*a*. — IG I² 874/5. Vid. A. N. Oikonomides, *op. cit.*, 27/8 nn. XXVII/XXVIII.

---

108. Termini trittyum ad comitia Atheniensia spectantes(?), c. a. 420*a*. — IG I² 883/4; SEG X 370, XIX 35. Vid. A. L. Boegehold, *Hesperia* XXXII 1963, 372/4, qui de modo tabellarum deponendarum apud Athenienses agit, et num in comitiis in loco certo sedere deberent cives quaerit. Notandum est eum in adn. 19 lectorem ad IG II² 883/4 per errorem vocare.

109. Terminus trittyum tribus Leontidis, c. a. 450ᵃ. — Terminum integrum marm., Agora inv. I 6699, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 265 n. 82, c. im. ph. pl. 49.

[Σκ]α[μ]βο[νιδ]-
[ō]ν τριττύς.

110. Terminus trittyum tribus Oeneidis, aet. eiusdem. — SEG X 373 lectionibus melioribus auxit B. D. Meritt, *loc. cit.*, 265. Cf. A. E. Raubitschek, *AJA* LX 1950, 280.

Δεῦ[ρε Πε]-
διέ[ον τρ]-
ιτ̣τ̣[ύς τε]-
λευ̣[τᾶι .]
5 ----------

111. Terminus trittyum tribus Antiochidis, aet. eiusdem. — Lap. rectiangulum calc. supra et infra fractum, Agora inv. I 6078, ed. id., *loc. cit.*, 264 n. 81, c. im. ph. pl. 49.

[------ 'Α]-
ντιο[χὶς δὲ]
φυλὲ ἄρχετ-
αι, 'Αλοπεκέ-
5 ον δὲ τριττύς.
vacat

112. Terminus trittyum tribus eiusdem, aet. eiusdem. — SEG X 374 supplementis novis auxit id., *ibid.* Cf. (et de n. 113 infra) A. E. Raubitschek, *loc. cit.*

[Δεῦρε 'Αναφ]-
[λυστίον] τ[ρι]-
[ττύς τ]ε⟨λ⟩ε[υτ]-
[ᾶι, Παλ]λεν[έο]-
5 [ν δ]ὲ ἄρχετ[αι]
[τ]ριττύς.

113. Termini trittyum, aet. eiusdem. — IG I² 885 et 899 (SEG X 386, XVI 20). In IG I² 885, vs. 7, ἄ[ρχετ]αι et in IG I² 899, vss. 1/3, [Δ]εῦρε Πε̣[δ]|ιέον τριτ|τύς κτλ. legit B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 265.

114. Termini publici, s. Vᵃ. — IG I² 887/96; SEG X 376/84. Vid. R. E. Wycherley, *Historia* XIII 1964, 137/8, qui negat terminos hos

ad opera Piraeensia Hippodami architecti spectare vel ullo modo nos de vita eius certiores facere.

115. Discus, s. VIᵃ. — SEG X 398 breviter tract. L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 145 n. 59a. Cf. n. 170 infra.

116. Carmen sepulcrale Corinthiorum, a. 480/79ᵃ(?). — IG I² 927; SEG X 404a; M. N. Tod, *GHI* I² 16, c. add. p. 259; W. Peek, *GV* I, 7; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 4. Vid. L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 129 et 132 n. 29, c. im. ph. pl. 21 (cf. p. 404), quae sicut priores titulum de pugna navali notissima ad Salaminem agere putat. Litteras tamen non Corinthias sed Megaricas esse, et titulum c.a. 600ᵃ attribui debere, urget Rhys Carpenter, *AJA* LXVII 1963, 209. Litteraturam magis esse inconditam quam in s. Vᵃ apud Corinthios exspecteris etiam monet A. G. Woodhead, *Archaeological Journal* CXIX 1962, 352.

117. Monumentum pugnae Marathoniae, c. a. 476/5ᵃ. — IG I² 763; SEG XVI 22, XIX 38, c. bibliographia priore; cf. SEG XVI 139. Quod ad carmen I, vs. 1, proposuit W. Peek (SEG XIX *loc. cit.*) considerat B. D. Meritt, *AJP* LXXXIII 1962, 294/8, et signum interpunctionis reliquiasque litterae post αἰεί conservatas, a Peek dispectas, accipit. Attamen supplementa eius non sequi potest, nec delineationem ab eo praebitam lapide ipso confirmari credit. Lapide igitur reviso versum hunc ita supplet ipse Meritt:

ἀνδρῶν τῶνδ'ἀρετὲ [λάμφσει φάος ἄφθιτον] αἰεί,:
ἡ[οῖς κἂν εἰ]ν ἔργ[οις ἐσθλὰ νέμοσι θεοί]·

et in exemplari s. IVᵃ inscripto (SEG XVI 139)

[ἀνδρῶν τῶνδ'ἀρετὴ λάμψει φά]ος ἄφθι[τον αἰεί],
[οἷς κἂν εἰν ἔργοις ἐσθλὰ] νέμωσι θεοί.

Supplementa sua ad carmen II repetit, et contra Peek, Pritchett, Amandry (vid. SEG XIX *loc. cit.*) monumentum totum ad pugnam Marathoniam spectare iterum urget.

In carmine I, vs. 1, de lectionibus ἡυ]π̣ὲρ χ[συνῶν (SEG XVI 22), ἡά]π̣ὲρ τ[ούτοις (SEG XIX 38), εἰ]ν ἔργ[οις (supra) valde dubitat W. K. Pritchett, *AJP* LXXXV 1964, 50/5, c. del. fig. 3, qui lectiones editorum priorum omnes recenset et de lapide minutissime examinato breviter agit. Ipse tandem nihil nisi αἰεί : ....?....ν.ρ---- in textu edendo exhibendum esse contendit. Quod breviter redarguit B. D. Meritt, *AJP vol. cit.*, 417.

118. Sepulcrum publicum, ante med. s. Vᵃ (c. a. 465ᵃ?). — Fragmentum marm. undique mutilum, Agora inv. I 6882, ed. D. W.

Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 16/17 n. 1, c. im. ph. pl. 1, qui IG I² 928, quantum ad litteraturam spectat, confert.

Στοιχ.

Ε̣--------
Ε--------
Νικ------
Αἰσχ̣-----
5 Λυσ̣ -----
Εὐα -----
Θρα -----
vacat

119. Sepulcrum publicum Argivorum, a. 458/7ᵃ. — IG I² 931/2; SEG X 407, XII 69. De modo litterarum rotundarum in hoc titulo inscribendarum agit U. K. Duncan, *BSA* LVI 1961, 186/7, c. im. ph. partis ectypi pl. 31*a*.

120. Sepulcrum publicum, ante med. s. Vᵃ. — SEG X 409. Fragmenta marm. quattuor, omnia undique mutila, Agora inv. I 953*a*, *c*/*e*, stelae huic ut videtur attribuenda ed. D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 17/20 n. 2, c. imm. ph. pl. 1.

Στοιχ.

(*a*).
---------ς
---------ς
--------ες
-------ν̲ν̲
5 --------ος
-------ν̲ν̲
-------ν̲ν̲
-------ν̲ν̲
---------ς
10 ---------ς

(*c*).
Εὐ̣--------
Δ̣εχσανδρί[δες]
Καλλίνομο[ς]
Πραχσίνικ[ος]
5 Βόλαρχος
Δόκιμος
Ἀγασικρ[άτες]
Ἀριστο----
Θεο--------

10 Λ----------

(*d*).
-----ο̣-----
-----λα----
----ανο----
----μολ̣----

(*e*).
----------ς
--------- ν̲ν̲
----------ος
---------λε̄ς
5 --------- νν
-------νδρος
-------σχ̣[ρ]ος
-------ιτος
--------τες
10 --------ίδες
---------δες
--------κλ[ε̄]ς
----------ος

121. Sepulcrum publicum, c. med. s. Vᵃ. — Frustulum parvum marm. undique mutilum, Agora inv. I 1207, cum IG I² 851 coniungit D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 20/21 n. 3, c. im. ph. tituli ita recompositi pl. 2, et textum totum denuo exhibet.

Στοιχ.

..⁶..ος
..⁵..ίον
[Δι]δύμαρχ[ος]
[Φ]ιλιστίδ[ες]
5 ḥαλ . οβάδ̣[ες]
Φαιδρία[ς]
Ὀρνεονι---
Καλλια---
Φιλέσιο[ς]
10 ..λον
...ιδρ---

122. Sepulcrum publicum, c. med. s. Vᵃ. — IG I² 941; SEG X 412. Fragmentum hoc monumento eidem ac IG I² 959, quocum non coniungi potest, attribuit D. W. Bradeen, *loc. cit.*, 21 n. 4, c. imm. ph. fragmentorum amborum pl. 2. In IG I² 959 vss. 3/8 tantum *stoichedon* esse inscriptos notat, et in vs. 2 reliquias nominis tribus videre mavult, unde in vs. 1 [---- ἐ]ν τ[οῖ πολέμοι ---] vel aliquid simile supplendum esse proponit.

123. Sepulcrum publicum, a. 446ᵃ. — Fragmenta duo partis superioris stelae marm., EM n. 13344, ed. W. Peek, *Ath. Mitt.* LXVII 1942, 14/15 n. 13, quibuscum fragmentum etiam tertium, EM n. 12883, coniungit D. W. Bradeen, *loc. cit.*, 21/9 n. 5, c. im. ph. fragmentorum omnium pl. 2. Eidem monumento IG I² 942 attribuit, et seriem stelarum coniunctarum in basi longa fixam ut formam pristinam cenotaphi videt. De quo extentius tractat et dell. praebet, cum imm. ph. baseos pl. 3 et IG I² 942 pl. 2. Basem enim illam esse in qua SEG X 410, ad pugnam Coroneae commissam spectans, est inscriptus urget, et catalogum occisorum idcirco ad Coroneam pugnasque eius anni ceteras refert. Cf. eundem, *AJA* LXVIII 1964, 192.

[*h*ι π] π ο θ ο ν τ ί ς
. . . ό δ ο τ ο ς

Col. I	*Col.* II
..⁵..λεος	Κλεαίνετος
...⁶...ας	'Αριστογένες
5 ..⁵..εος	*h*ιερόνυμος
...⁶... ν̣ν̣	20 Στ..ερ
[Κε]φισ[ό]δορος	Θε[ογέ]ν̣ες
[Μ]ύ̣ρμεχς	Με-----
Π̣ερίανδρος	Λ̣υσι---
10 'Ονετορίδες	Ε̣ὐ-----
Αἰσχίνες	25 Κλ-----
Οἰνίλος	Ε̣------
Χσενο----	
Εὐχσ----	
15 Μενι-----	
.αρ------	

Carmen sepulcrale SEG X 410, de quo supra rettulimus, proelium ad Delium a. 424ᵃ non ad Coroneam a. 446ᵃ commissum commemoravisse contendit H. B. Mattingly, *Historia* XII 1963, 261/3, et formas litterarum anno tali obstare negat. Argumentum eius reicit Bradeen, *loc. cit.*, 25/7 adn. 19.

Titulum eundem adducit S. Karouzou, *Ath. Mitt.* LXXVI 1961, 103/6, quae statuam Hermae psychopompi cum hoc sepulcro aliquo modo consociatam fuisse urget, et del. baseos pl. III praebet. Textum etiam exhibet W. Peek, *GV* I, 17; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 10.

---

124. Sepulcrum publicum, a. 432/1ᵃ. — IG I² 944; SEG III 52, X 415. Fragmentum tertium in SEG X commemoratum nunc ed. D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 34/5 n. 8, c. im. ph. pl. 4, et monumento eidem etiam SEG XII 72 attribuendum esse urget. De SEG

X 415, et praecipue de supplemento versus tertii a Wilhelm (SEG III *loc. cit.*) proposito, vid. quoque A. W. Gomme, *A Historical Commentary on Thucydides* II, 1956, 86 et 101/2, de quo agit Bradeen, *loc. cit.*, 35 adn. 37.

['Αρ]χσι--- (*vel* ['Ερ]χσι---)
. . έας
vacat
[Κεκρ]ο̣π̣[ίδος]

---

125. Carmen sepulcrale, a. 432/1ᵃ. — IG I² 945; SEG X 414; W. Peek, *GV* I, 20. Vid. U. K. Duncan, *BSA* LVI 1961, 186.

---

126. Sepulcrum publicum, c. a. 430ᵃ. — SEG X 418. Monumento huic fragmentum alterum a dextra integrum sed alibi mutilum, Agora inv. I 6964, addit D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 38/9 n. 10, cum imm. ph. fragmentorum amborum pl. 5. Textum partis novae tantum exhibemus.

Στοιχ.

Col. I	*Col.* II
	vacat
	5 Αἰγεΐδος
---------ς	Κόμον
--------ριος	*vacat*
---------ον	Πανδιονίδος
---------σ̣ος	Θεμίσθιος
	Πειθαγόρας
	10 Εὐφίλετος
	Κροῖσος
	vacat

In SEG X 418, vss. 1 3, litteris maioribus inscr., [*h*]οίδ!ε ἀπέθανον | ἐν . . . .]δι καὶ [περὶ | τὲν Πελ]οπόνν[εσον] supplere mavult Bradeen.

---

127. Sepulcrum publicum, c. a. 412/11ᵃ. — IG I² 950; SEG X 422. Corrigenda nonnulla lapide reviso profert D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 41/2 n. 13, c. im. ph. tituli pl. 7. Cf. etiam SEG XII 72 adn.

Vs. 67. Lege [χ]σέ̣νοι
68. Lege Δ[ι]ό[δ]ορος
75. Supra hunc versum, ad initium columnae II, exstat versus unus antiquitus erasus (vs. 74b) et super eum reliquiae nominis Φρο--- (vs. 74a) dispici possunt.

95. Pro Παυσανίας lege [Λ]υσανίας
97. Lege Εὐ..α..ος (Εὐ[δί]α[ιτ]ος A. M. Woodward, per ep.)
99. Χαιριάδες, non Χαιρίας, legi debet.
110. Pro Θοφάνες lege Ϣοφάνες.

128. Sepulcrum publicum, c. a. 412/11[a]. — IG I² 951 cum SEG XIV 20 et XIX 43 coniungendum esse demonstrat D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 42/3 n. 14, c. imm. ph. pl. 7, ita ut SEG XIV 20 partem inferiorem columnae I, et SEG XIX 43 partem inferiorem columnae II praebeant. Tituli eo modo recompositi col. I vss. 33/47 et col. II vss. 80/7 exhibemus; nam necesse est ut nunc versus numeros novos accipiant, et idcirco qui antea vs. 73 erat dehinc vs. 80 fieri debeat.

Col. I

Τιμόδεμο[ς]
Ναύτες τριέ[ρ]αρχ(ος)
35 Τίμαρχος
Ἐγέμαχος
Κύδιππος
Χαρίδεμος
[Ν]ικ[όδ]εμος
40 [h]εβδομ[ία]ς
[Φι]λῖνος
[Α]ἰσχύλος
[Δ]ειν[ί]ας
[Μ]οιρίας
45 Χαροπίδες
[Δ]εμοκλῆς
.ο-------

Col. II

80 Κα-------
Δ..ο-------
[Κρ]ίτον
[Νι]κοφῶν
..μον
85 ....ίνες
[Κεφι]σογέ[νες]
[....χ]άρες
---

129. Sepulcrum publicum, aet. fere eiusdem. — IG I² 952 et SEG XII 73 monumento eidem, fortasse stelae eidem, attribuenda esse urget D. W. Bradeen, *loc. cit.*, 42/3 n. 14, c. imm. ph. pl. 7. Incertum manet an IG I² 952 et 951 monumenti eiusdem exstent partes.

130. Sepulcrum publicum, c. a. 410[a]. — IG I² 956; SEG X 425. Fragmenta nova in SEG X edita non supra sed infra IG I² 956 esse collocanda et vero cum eo coniungi posse notat D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 41 n. 12, qui tituli ita compositi im. ph. praebet pl. 6. In SEG X 425 reliquias nominis tribus supra vs. 13 videt.

131. Sepulcrum publicum, a. 409[a] (?). — SEG X 424. Monumento huic fragmentum novum supra atque a dextra integrum, Agora inv. I 6959, quod littera M designat, attribuit D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 43/55 n. 15, c. im. ph. pl. 8. Ita cum Agora inv. I 1008*b* (= SEG X 424, stela IV) coniungi potest ut partes superiores columnarum earundem praebeat; vid. im. ph. fragmentorum coniunctorum pl. 8. De natura monumenti extentius agit Bradeen, et ex argumentis eius apparet in stela quaque columnas nominum quattuor esse inscriptas: quam ob rem, et praeterea quod in novo fragmento nomina tribus Leontidis habemus, fragmenta K et L, e schedis Georgii Wheler monumento huic ab A. E. Raubitschek, *Hesperia* XII 1943, 37/48, attributa (= SEG X 424 stelae II et III), nunc reicienda videntur.

De anno denique ad quem referendus sit hic catalogus disserit Bradeen, qui a. 409[a], sicut supra notavimus, mavult. Ad cladem Syracusanam monumentum rettulerant priores; de qua tamen vid. nunc SEG XIX 42.

Textum fragmenti novi infra exscripsimus: vss. 1/2 et 10 litteris maioribus inscripti sunt.

['Αθεναίον *h*οίδε] ἀπ[έθανον ἐν ----------]

[Πανδιονίδος]·

....[10].... ⏑⏑
....[9].... ⏑⏑
....[8]....ς
....[8]....τος
....[8].... ⏑⏑
5 ....[8]....γος
....[8]....ς
....[8]....ίδες
....[8]....ς
....[8]....μος
....[9].... ⏑⏑
....[9].... ⏑⏑
....[10].... ⏑⏑

10 Λεοντίδος
Θέορος Στοιχ.
ἄρχον
τῶ ναυτικῶ
Πασιφῶν
15 ἄρχον
τῶ ναυτικῶ
'Αμφίλοχος
ταχσίαρχος
Πύθον
20 ταχσίαρχος
Νικόμαχος
τριέραρχος
Κεφισοφῶν
τριέραρχος
25 Λυσανίας
τριέραρχος
Σόφιλος
τριέραρχος
Εὐθύμαχος
30 Εὔανδρος
Φ.νέας

['Επ]ικλῆς
[Βίοτ]τος

11. Theorum eundem ac *PA* 7223 esse urget Bradeen, qui etiam in Pasiphonte (14) praetorem *PA* 11668 et scribam tituli n. 52 supra de dea Bendide videt. || Monumentum e stelis tribus fuisse compositum contendit id., et schema suum explicat p. 47.

132. Fragmentum carminis ad sepulcrum publicum pertinentis(?), s. V^a p. post. — Fragmentum marm. undique mutilum, Agora inv. I 5891, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 275 n. 119, c. im. ph. pl. 54.

Στοιχ.

----------Ο|ΣΤΟ̣Ν̣Δ̣Ε̣|----------
----------τοις καὶ λευκασ[πι----------]
----------ντες κέδεα φο---------.
vacat

133. Sepulcrum publicum, s. V^a. — Fragmentum stelae marm. a dextra integrum, c. titulo undique mutilo, nunc in Museo Epigr. n. EM 5578, ed. D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 29/30 n. 6, c. im. ph. pl. 4.

Στοιχ.

[Δ]ε̣μοτ̣----
Ε̣ὔνοστ-----
Χαιρέᾳ[ς]
Χ̣ερτ̣υ------
5 Τιμοχ[άρες]
vacat
'Αντιοχ[ίδος]
..φερκ̣----
'Αριστίον
Εὔδ[ε]μος
10 Φιλοργ[ίδ]ε̣ς
...5...ος
Ν...ο̣...ν
...5...^----
..δ̣.ον̣
15 Τιμοσθ̣[ένες]
Μνε̣σίμα[χος]

Τίμον
Δ̣[ιό]δ̣ορος
....8....ε̣ς

134. Sepulcrum publicum, s. V^a. — Fragmenta tria marm., Agora inv. I 6514, 4193, 3333, ed. D. W. Bradeen, *loc. cit.*, 30/4 n. 7, c. imm. ph. pl. 4. Cum his IG I² 958, 965, 966 confert, sed re tractata non liquet si ad monumentum idem, vel etiam monumenta eadem ac frustula nunc edita referri possint. De monumentis tribus saltem agitur, ut videtur.

(*a*). I 6514. Fragmentum undique nisi a dextra mutilum.
-------ίδο[ς]
-------άνες

(*b*). I 4193. Fragmentum undique nisi a sinistra mutilum.

Στοιχ.

Ει------
Χσ------
Λε------

(*c*). I 3333. Fragmentum undique mutilum.
------ο----
[----ί]δο[ς]

135. Sepulcrum publicum, s. V^a. — Fragmenta sex monumenti marm., quorum tria inter se coniungi possunt et omnia, ut videtur, columnae eidem nominum sunt attribuenda, ed. D. W. Bradeen, *loc. cit.*, 35/8 n. 9, c. imm. ph. pl. 5.

Fr. *a*, undique mutilum, = Agora inv. I 3694;
fr. *b*, undique mutilum, = Agora inv. I 2378*a*;
fr. *c*, e duobus fragmentis undique mutilis compositum, = Agora inv. I 2378*b*;
fr. *d*, undique mutilum, cum fr. *c* coniunctum est; Agora inv. I 2124;
fr. *e*, undique mutilum, = Agora inv. I 2424.

(*a*). Στοιχ.

---ιο--
---ονίδ[ες]
---λίον
---νθος
5 ---κλέες
lacuna

(*b*).
--- ⏑⏑
---θι--

----ες
----το--
10 ----τε--
---- ⏑⏑
----^--
lacuna
(*c*+*d*). ----τρ--
----ς
15 ----λες
----έον
----τρα--
----κος
----
20 ----οδ--
----ας
----αυτ--
----κλῆς
----ρατ--
25 ----νίδ[ες]
----π̣ίδε[ς]
----δε[ς]
----ε..δ--
----ρ--
30 ---- ⏑⏑(?)
---- ⏑⏑(?)
----δες
lacuna
(*e*). ....^{11}....ς
....^{11}.... ⏑⏑
35 [τοχσόται βάρβ]αροι
....^{11}.... ⏑⏑
....^{10}....ος
vacat

136. Sepulcrum publicum, s. V^{a}. — Fragmentum marm. undique mutilum, Agora inv. I 4127, ed. D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXIII 1964, 39/41 n. 11, c. im. ph. pl. 6. Sepulcro eidem attribuit etiam IG I² 960, 963, 968, quorum imm. ph. praebet, *loc. cit.* IG I² 961, quem cum ceteris consociaverat J. J. E. Hondius, *Novae Inscriptiones Atticae*, 1925, 118, non sine dubio accipiendum esse credit, sed huius fragmenti quoque im. ph. exhibet.

Στοιχ.

Col. I *Col.* II

-------ον
------ς
-----π̣πος
-----ομος
5 -----χος
-----τος
------ς
-------ς Λ-------
-------ς Μ-------
10 --------ς
--------ς

137. Tit. sep. Ceramus, s. VII^{a} p. post.(?) — IG I² 997 aetati antiquiori attribuit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 129 n. 22, c. im. ph. pl. 36*c*. Cf. eand., *The Local Scripts*, 1961, 71 et 76 n. 8, c. im. ph. pl. 2 (cf. p. 401).

138. Tit. sep. Epicharidae, s. VII^{a}(?). — IG I² 1008 aetati huic attribuit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 135/6 n. 39, c. del. fig. 12.

139. Tit. sep. Sosinei, c. a. 575/50^{a}. — IG I² 999 inter catalogum monumentorum sep. Atticorum aetati antiquiori attributorum instruit L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 116/18 n. 1, c. im. ph. pl. 32*a* et del. fig. 2, quae descriptionem et bibliographiam addit.

140. Tit. sep. Philini(?), haud ante a. 575^{a}. — SEG X 450. Titulum c. a. 580^{a} apud SEG X collocatum s. VI^{a} incunti attribuere mavult M. Guarducci apud G. M. A. Richter, *The Archaic Gravestones of Attica*, 1961, 155, c. im. ph. fig. 191 (cf. ipsam Richter, 10 n. 1, c. imm. ph. fig. 1/7). Quod scripsimus urget L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 146 n. 62, quae de litteratura praecipue agit.

141. Carm. sep. Tettichi, paullo ante med. s. VI^{a}. — IG I² 976; SEG X 431; W. Peek, *GV* I, 1226; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 50; Friedländer, *Epigrammata* 135. Textum et commentarium praebet M. Guarducci apud G. M. A. Richter, *The Archaic Gravestones of Attica*, 1961, 158/9, c. im. ph. fig. 203 (cf. ipsam Richter, 25 n. 36). Vid. quoque L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 72 et 77 n. 19, c. im. ph. pl. 3 (cf. p. 401); eand., *BSA* LVII 1962, 133 n. 34, c. im. ph. pl. 38*a*; C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 67 n. C1; G. Pfohl, *Festschrift 75 Jahre Neues Gymnasium Nürnberg*, 1964, 59, c. im. ph. pl. 2. Ad init. [Εἴτε ἀστό]ς supplet Peek, quem secuti sunt Guarducci, Jeffery, Karusos, Pfohl: [εἴτ'ἀστό]ς priores.

142. Carmen sep. Chaeredemi, c. a. 560ᵃ. — SEG III 55, X 452, XV 69; W. Peek, *GV* I, 159; Friedländer, *Epigrammata* 62. Vid. L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 72 et 77 n. 20, c. im. ph. pl. 3 (cf. p. 401); eandem, *BSA* LVII 1962, 118 n. 2, c. im. ph. pl. 32*c*; M. Guarducci apud G. M. A. Richter, *The Archaic Gravestones of Attica*, 1961, 156 (cf. Richter ipsam, 24/5 n. 34), c. im. ph. fig. 201; G. Pfohl, *Festschrift 75 Jahre Neues Gymnasium Nürnberg*, 1964, 19.

143. Tit. sep. Pausimachi(?), c. med. s. VIᵃ. — SEG X 439; W. Peek, *GV* I, 139, c. bibl.; Friedländer, *Epigrammata* 3*d*. C. a. 540/30(?) attribuit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 119/20 n. 7, c. im. ph. pl. 33*c*, quae nomen defuncti Aḷσιμ[ίδο] legit et de titulo breviter disserit.

144. Carmen sep. Antilochi, aet. eiusdem. — IG I² 972; SEG X 428, XV 55; W. Peek, *GV* I, 1227; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 48; Friedländer, *Epigrammata* 85. C. a. 540/30ᵃ attribuit L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 120 n. 8, c. imm. ph. pl. 34*a/c*, quae in vs. 3 [χσῆνε], κ̣ά̣τ̣α̣ρχ̣σ̣ο̣ν̣, ἐ̣π̣[εὶ] κ̣[αί] legit. Textum in *GV* I secutus est C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 61/2 n. A13.

145. Carm. sep. Archenei, aet. eiusdem. — IG I² 974; SEG X 429, XV 56; W. Peek, *GV* I, 145; Friedländer, *Epigrammata* 31. Vid. L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 130 n. 23, c. del., quae de aetate tituli praecipue disserit.

146. Carm. sep. Philodemi atque Anthemionis, c. med. s. VIᵃ. — IG I² 1026*a*; SEG X 458; W. Peek, *GV* I, 71; Friedländer, *Epigrammata* 67. Vid. L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 140/1 n. 50, quae textum praebet et de monumento pauca disserit. In vss. 3/4 κ'Α]θεμ|[ίονος] legit Peek, ubi κάν]θ. SEG X, Friedländer, Jeffery.

147. Tit. sep., c. a. 550ᵃ. — SEG X 326. Monumentum quod antea pro dedicatione habuerat L. H. Jeffery (vid. SEG X *loc. cit.*) nunc sepulcrale esse urget, *BSA* LVII 1962, 143 n. 55, c. im. ph. pl. 39*d*. In vs. 4 Δ̣εμοκλῆς pro [Χ]σ̣ε̣ν̣οκλῆς, et in vs. 6 [--- Ε]ὔ̣τ̣υχος pro ["Α]σ̣τυχος etiam retinet. Titulum adducit C. W. J. Eliot, *Coastal Demes of Attika*, 1962, 70.

148. Carmen sepulcrale, c. med. s. VIᵃ. — Fragmentum marm. a sinistra integrum sed alibi mutilum, Agora inv. I 5479, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 274 n. 117, c. im. ph. pl. 54. Vid. quoque L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 119 n. 4, c. im. ph. pl. 33*a*.

ἐπέθεκε θ̣α̣[νόντι].

149. Carmen sep. Xenoclis, paullo post med. s. VIᵃ. — IG I², SEG X 436, XV 62; W. Peek, *GV* I, 1488; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 39; Friedländer, *Epigrammata* 87. Textum, descriptionem, bibliographiam praebet L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 118/19 n. 3, quae ad init. tituli [πάσα]ς retinet (cf. SEG XV *loc. cit.*). Cf. C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 61 n. A9.

150. Carm. sep. Hippostrati(?), paullo post med. s. VIᵃ. — IG I², 1021; SEG X 455, XV 72; W. Peek, *GV* I, 2063; Friedländer, *Epigrammata* 88. Hippostratum artificem fuisse credit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 143 n. 56, c. del. 144 fig. 17, et vss. 3/4 [οὐκ(?) ἐπ]ιστέμον τόδ'ἐπόε *h*ιπ(π)όσ[τρα|τ]ο⟨ς⟩ σ̣ε̣̄μα. Sed de supplemento ad init. vs. 3 vid. quae contra dixit Friedländer, *loc. cit.*; [*h*ῦς(?) 'Ε]πιστέμον legit C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 66 n. B6.

151. Tit. sep. Cliti, c. a. 550/40ᵃ. — IG I² 996. Descriptionem monumenti praebet L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 131 n. 27, c. imm. ph. fig. 11 et pl. 36*f*; quod aetati quam supra scripsimus attribuit et Κλέτο legit (Κλετ̄ος IG I²).

152. Carm. sep., c. a. 550/40ᵃ. — IG I² 1012; SEG III 59, X 451, XV 68, XVI 27; W. Peek, *GV* I, 155; Friedländer, *Epigrammata* 68. Vid. L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 72/3 et 77 n. 23, ubi c. a. 550ᵃ monumentum attribuit. C. a. 550/40ᵃ nunc scribit ead., *BSA* LVII 1962, 137 n. 44, quae ad init. [Μνε̄μα Χορ̄ος(?)] Φίλ̣[τον(?)] μ̣ φίλες κτλ. supplet: [Σε̄μα Θράσ]ο̣ν̣ [Μελέτες] tentavit Friedländer. De tentaminibus priorum vid. Peek, *loc. cit.*, adn. Cf. etiam C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 60 n. A8; G. Pfohl, *Festschrift 75 Jahre Neues Gymnasium Nürnberg*, 1964, 60, c. im. ph. pl. 3.

153. Tit sep. filiorum Cylonis, c. a. 550/40ᵃ(?). — IG I² 1016; SEG X 454; W. Peek, *GV* I, 147; Friedländer, *Epigrammata* 73. Vid. L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 72 et 77 n. 22 (ubi c. a. 550ᵃ ascripsit); eand., *BSA* LVII 1962, 136 n. 41 (ubi c. a. 540ᵃ mavult), c. imm. ph. pl. 38*d/e*; C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 70 n. C7, c. im. ph. pl. 16a.

154. Carmen sep., c. a. 550/30ᵃ(?). — IG I² 989; SEG X 443ᵃ. Descriptionem et bibliographiam (omisso tamen SEG X) praebet L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 119 n. 5, c. im. ph. pl. 32*b*. Cf. C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 70 n. C8.

155. Carm. sep. Thrasonis, a. 550/25ᵃ. — IG I² 971; SEG X 427ᵃ; W. Peek, *GV* I, 1225; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 47; Friedländer, *Epigrammata* 83; A. S. Arvanitopoulos, Πολέμων II 1934/40,

86/7. De litteratura praecipue agit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 132 n. 33, c. imm. ph. pl. 37*e*/*f*.

156. Tit. sep. Pediarchi, c. a. 540*a*. — SEG III 56; W. Peek, *GV* I, 1671. Stelam breviter tract. L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 136 n. 42, c. del. 137 fig. 13. Cf. W. Peek, *Ath. Mitt.* LXVII 1942, 88/9 n. 142; W. M. Calder III, *AJA* LXIX 1965, 263/4, et n. 173 infra.

157. Carm. sep. Croesi, c. a. 540*a*. — SEG X 461; W. Peek, *GV* I, 1224; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 46; Friedländer, *Epigrammata* 82. Vid. L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 143/4 n. 57, quae de monumento ac titulo descriptionem amplam praebet. Quod de errore quodam apud SEG X reprehendit non intelligimus; namque ibi lapis recte ut marmoris Parii descriptus est, nec vocabulum 'porina', de quo conqueritur, eo loco invenitur. Cf. C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 63 n. A18.

158. Carm. sep. Phrasicleae, c. a. 540*a*(?). — IG I² 1014; SEG X 453, XV 70; W. Peek, *GV* I, 68; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 30; Friedländer, *Epigrammata* 80. Vid. L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 73 et 78 n. 29, c. del. pl. 3 (cf. p. 401); eand., *BSA* LVII 1962, 138/9 n. 46, c. dell. fig. 14/15 et im. ph. pl. 39*a*; C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 62 n. A15.

159. Carm. sep. Archiae Philaeque, c. a. 540*a*(?). — SEG X 452*a*, XVI 26; W. Peek, *GV* I, 74; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 52; Friedländer, *Epigrammata* 169. Titulum tractavit M. Guarducci apud G. M. A. Richter, *The Archaic Gravestones of Attica*, 1961, 157/8, c. im. ph. fig. 202 (cf. ipsam Richter, 25 n. 35), et anno quem supra scripsimus attribuit. Eidem addicit L. H. Jeffery quoque, *The Local Scripts*, 1961, 74 et 78 n. 31, c. im. ph. pl. 4 (cf. p. 401). Litteraturam et naturam monumenti praecipue tractat ead., *BSA* LVII 1962, 139/40 n. 48, c. im. ph. pl. 38*c*. Sororem Archiae sine nomine manere sinit illa, ut quae in vss. 1/2 κά|δελφῆς φίλες legit, ubi malunt Φίλες Peek et Guarducci.

160. Carm. sep. pueri puellaeque, c. a. 540/35*a*. — IG I² 981; SEG X 433, XV 59; W. Peek, *GV* I, 148; Friedländer, *Epigrammata* 61*b*. Vid. M. Guarducci apud G. M. A. Richter, *The Archaic Gravestones of Attica*, 1961, 159/65, c. im. ph. fig. 204 (cf. ipsam Richter, 27/9 n. 37, c. imm. ph. fig. 96/109 et 190), quae ΦΙΛΟΙ ut nomen puellae interpretatur, et in vss. 1/2 μνῆμα Φιλοῖ Μ[--- τε] πατὲρ ἐπέθεκε θανόντ[οι] legit. Φίλοι et θαν̣ὸν̣τ̣[ι] retinet L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 74 et 78 n. 32, c. im. ph. pl. 4 (cf. p. 401); item *BSA* LVII 1962, 146/7 n. 63, c. im. ph. pl. 41*a*. Quinquennio etiam supra scripto attribuit eadem. Vid. quoque G. Pfohl, *Festschrift 75 Jahre Neues Gymnasium Nürnberg*, 1964, 60, c. im. ph. pl. 4.

161. Carm. sep. Damasistrati, c. a. 540/30*a*. — IG I² 1022; SEG X 455*a*; W. Peek, *GV* I, 156; id., *Griechische Grabgedichte*, 1960, 26; Friedländer, *Epigrammata* 28. Titulum monumentumque breviter tract. L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 144/5 n. 58, c. im. ph. pl. 40*a*.

162. Tit. sep. Theronis, c. a. 540/30*a*(?). — IG I² 994; SEG X 445, XVI 25. Vid. M. Guarducci apud G. M. A. Richter, *The Archaic Gravestones of Attica*, 1961, 169, c. im. ph. fig. 209 (cf. ipsam Richter, 44 n. 60B, c. dell. et im. ph. fig. 148/50); L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 135 n. 38, c. im. ph. pl. 38*b*.

163. Carm. sep., c.a. 540/25*a*. — IG I² 988; SEG X 443; W. Peek, *GV* I, 54; Friedländer, *Epigrammata* 6. Tituli textum praebet, et de monumento breviter agit L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 140 n. 49. Cf. C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 61 n. A12.

164. Mon. sep. Byli, c. a. 525*a*. — SEG XII 81. Lectionum editoris primi corrigit E. Mastrokostas, Ἀρχ. Ἐφ. 1960, 139 n. 1, qui pro τοῦτ' Ἐλιονίδο legendum esse τοὐτελιονίδο (= τοῦ Εὐτελιωνίδου) urget. Idem proponit L. H. Jeffery quoque, *BSA* LVII 1962, 134/5 n. 37, quae monumentum c. a. 500*a* collocare mavult.

165. Tit sep. [Eu?]xeni, aet. eiusdem. — IG II² 10444; SEG XVI 28. Vid. nunc L. H. Jeffery, *The Local Scripts*, 1961, 340 et 345 n. 61, c. im. ph. pl. 66 (cf. p. 415); M. Guarducci apud G. M. A. Richter, *The Archaic Gravestones of Attica*, 1961, 171, c. im. ph. fig. 214 (cf. ipsam Richter, 51 n. 78); Jeffery, *BSA* LVII 1962, 128/9 n. 21, c. im. ph. pl. 36*d*. Titulum, de cuius aetate 'haud ante a. 525*a*' in SEG XVI scripsimus, ex. s. VI*a* haesitanter attribuit Jeffery, *The Local Scripts*, *loc. cit.*, quae postea (*BSA*) c. a. 525*a* conicit. Latius inter annos 525 et 500*a* eundem collocare mavult Guarducci.

166. Mon. sep. Tymnis, Scylacis f., aet. eiusdem. — SEG XIII 36, XV 76, XVI 29. Aetati quam supra scripsimus monumentum attribuit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 126/7 n. 18, bibliographiae parte maiore omissa, et de artifice praecipue disserit. Ad fin. vs. 2 Σκύ[λακος *hυιὸ*] haesitanter supplet. Cf. C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 64 n. A22.

167. Tit. sep. Melissae, c. a. 525*a*. — SEG XV 74, c. bibl. pleniore; W. Peek, *GV* I, 144. Textum et descriptionem monumenti praebet L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 121 n. 12, quae ad fin. vs. 1 ἔχ[ευεν(?) καλὸν θα|ν]όσες supplet (ἔχ[ευεν φίλης θα|ν]όσες Peek).

168. Carmen sep. Xenophanti, c. a. 525ᵃ(?). — IG I² 977; SEG X 431*a* (ubi pro '90/1' lege '78/9'); W. Peek, *GV* I, 150; Friedländer, *Epigrammata* 92 in comm. Supplementa quae protulit Peek reicit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 121 n. 11, c. im. ph. pl. 34*f*: quod ipsa exempli gratia profert infra exhibemus. Descriptionem lapidis brevem etiam addit.

[Μνῆμα πατέρ(?), Χ]σενόφα-
[ντε, Φίλερμός(?)] σοι κατέθ-
[εκεν, *h*όνεκ'(?) ἄ]*h*ορρος [ἐ(?)]-
[ὸν ----------]

169. Tit. sep. Nelonidae, aet. eiusdem(?). — IG I² 983; SEG III 58, X 435, XV 61, XVI 24; W. Peek, *GV* I, 72; Friedländer, *Epigrammata* 69. Titulum quem ex. s. VIᵃ attribuerant priores c. a. 525ᵃ ascripsit L. H. Jeffery, *BSA* LVII 1962, 127 n. 19, c. bibliographia et descriptione lapidis impigra. Cf. C. Karusos, *Aristodikos*, 1961, 63/4 n. A20.

170. Carm. sep. Gnathonis, aet. eiusdem(?). — IG I² 975; SEG III 57, X 430; W. Peek, *GV* I, 58; Friedländer, *Epigrammata* 161. De discis monumentorum sepulcralium partibus agit L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 147 n. 64. Cf. n. 115 supra.

171. Tit. sep., a. 525/500ᵃ. — IG I² 970; SEG X 427. Textum cum commentario de lapide praebet L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 121 n. 10, c. im. ph. pl. 35*a*.

172. Carm. sep. Xenoclis(?), aet. eiusdem. — IG I² 1026*b*; SEG X 458, XV 73; W. Peek, *GV* I, 887; Friedländer, *Epigrammata* 89. Textum in SEG X prolatum retinet L. H. Jeffery, *loc. cit.*, 141 n. 51, c. im. ph. pl. 39*c*, quae de lapide praecipue tractat.

